



Gammelbant Y.

Nr.  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.  
18.  
19.  
20.  
21.

18.

21

DISPUTATIO JURIDICA.

*Dc*

PRUDENTIA IVRIS  
ROMANI Ejusdemq; PRINCIPIIS.

Quam

Divina clementer favente gratia

Ex

Magnifici, Amplissimi & Nobilissimi JCtorum ordinis  
Consensu

IN

Alma Electorali Brandenburgica

PRÆSIDE.

DN. JOHANNE FRIDERICO RHETIO,  
J. U. D. & Professore Ordinario,

*Publico Examini proponit*

DANIEL VVEGENER, Peizenâ Lusatus.

Autor & Respondens.

Addiem 7. Jun. Anno 1660. In Auditorio JCtorum Publico  
horis ab Octava matutinis.

*Francfurti ad Oderam,*

Literis SALOMONIS EICHORN.





Generosissimo maximè Strenuo, ac longo rerum  
Usui prænobilissimo

DN. GEORGIO FRIDERICO  
à TROTEN,

Serenissimi ac Potentissimi Electoris Branden-  
burgici, Supremo Excubiarum Præfecto, Gubernatori Castelli  
Peizenæ. Badingæ, Hummelportæ & Müllenbergæ Hæ-  
reditario, Domino & Patrono meo  
maximo.

Ut &

Generoso & maximè Strenuo ac Prænobilissimo  
Domino

DN. STEPHANO MELCHIORI  
ab ARNIMB,

Serenissimi ac Potentissimi Electoris Brandenburgici  
vice Chiliarchobellicosissimo Domino & Fautori  
meo maximo.

**D**iu ancipiti deliberationis lance suspensi, Mæcena-  
tes Magni, an leviusculas basce & ineruditas chartas  
sublimibus Vestris consecrare Nominibus fas mibi es-  
set. Verebar enim, ne oblato earum minus conveniret Viris  
intam amplo dignitatis fastigio constitutis. Nec frustra qui-  
dem. Sublimes sublimia, Humiles Humilia decent. Mecum  
a. perpendentem, quanta in me Meosq; à Generositatibus  
Vestrīs

Vestrīs benefīcīa sūnt collata, (quibus enumerāndis  
aliquando posteritas etiam dīserīsima sufficere vix  
poterit) grata, ne spōnte ingratus sim, quia aliter  
gratus esse non possum, ut basē studiorū meorū  
primitias ad Aram Generos. Nobilit. Magnif. V.V.  
subjectissima animi veneratione deponam, iussit me-  
moria. Et in primis singulare illud beneficiū à Genes-  
rolo, Magnificō ac Prænobiliss. Dn. Dn. Fride-  
rico à Tritten in MeCollatū non est reticendum,  
ideoq; nemo Me in justum fecisse, judicaturus erit, ut  
illud hic recenseam: Hujus auxilio studia mea huc  
usq; continuavi, Pro quo beneficio Generositati Ve-  
stræ, Ingētes atq; Immortales habeo atq; ago gratias.  
Suscipite uterque Viri longè Eminentissimi, Pas-  
tronī summi serena fronte, hilariq; aspectu, minuta  
hæc meæ in Vos ob servantie & obsequii libamina:  
Nec tam quid vobis dignum, quam quid præstare à  
me possit expendite. Ac plurimum oro atque con-  
tendo baud male interpretamini id quod mei erga  
Vos officii duxi. Valete igitur, & summis in Deliciis,  
ex voto diu Mibi & Militibus Vestrīs feliciter vi-  
tam vivite.

VV, Generos. Excellentiarum  
Humillimus & Devotissimus

Francofurti ad Oderam

7. Jun. 1660.

Daniel Wegener.

## De Prudentia Juris Romani.

### Thesis I.

Rustra sunt qui de Justinianei juris lubricitate conqueruntur, quasi cereis tabulis inscriptum sit in quibus quidvis vel corrigi vel deleri possit pro lubitu, certè non Juris sed hominum litis amantium vitio continet, quod lites quas Justinianus Imperator duobus vel tribus annis componi jussierat t. i. C. ut intr. cert. temp. l. 13. c. de jud. immortales fiant, & vitæ hominum excedant modum, imo intra 39. vel 75. annos judicia solide quod ajunt interdum vix firmantur *Vultei*. *Consil. Marpurg. volum. 3. consil. 30.* Quam immerito hinc jus hoc Exterorū quorundā notam subiit, ut ceu ex ambitione & avaritia Magistratum ortum ex quo lites non amputet sed serat, in Hispania exulet Stephani & Alphonsi X. judicio *Oldr. Cons. 69.* In Gallia ne publice profiteretur Franciscus Imus sub poena prohibuerit. *Matbeac. de via jur. c. 36. n. 8.* si perversi juris dettores, expulissent verius quam Romanum jus abolevissent, judicia ipsorum felicius absolverentur quandoque quam nunc cum injuria partium harent sc̄epius.

II. Non ars culpanda qua homines abutuntur. Nos ambiguum jus accepimus nunquam, sed futilebus disputationibus efficimus. Sedulo satis sacri legislatores ambiguitatē omnem sustulerunt. *Constitut. Tanta de confirmat. ff. ad omnes populos. s. i. verb.* Et omnes ambiguitates de cise nullo sediciose relicto. Ut illud demum quod in ipsis rerū obtinet argumentis consultæ juris Philosophiæ æstimaverint, reliquos Legum cavillatores detestantes *Proem. Instit. Imper. §. 3.* unde Partibus & Advocatis poenam ne calumniæ causa moverent lites aut temerè prosilirēt, præstituerunt, *I. 2. C. de Jurejur. propter calumn.* Judices ne clementiæ gloriam

riam aut severitatis famam affectarent informarunt , ne  
iraruni expertes impunita manerent flagitia. l. 51. §. 2. ff.  
*ad l. Aquil.* nec misericordiam avericntur , ne Jura æquitati  
præferant. l. 8. C. de judiciis . sed prout quæq; res postulat per-  
penso judicio statuant. l. 11. ff. de pœnis ita ad sanctas scriptu-  
ras attendentes ut sciant se non magis judicare quam ipsi a-  
liquando judicantur , cum ipsis magis quam partibus ter-  
rible judicium est , siquidem litigatores sub Hominibus i-  
psi Deo inspectore causas trutinandas proponunt. l. 14. C. de  
judiciis . adeò sanctas leges voluerunt ne ulla ratione inju-  
riæ occasio inde nascatur. Has Prudentia Juris Romani  
quam profitemur complectitur , eo fine latas ut Cives vi-  
vant concordes & Reipublicæ salus promoteatur. super  
his principiis quicquid tenet fundatum est. Qualia ea prin-  
cipia quamque eorum tenax jurisprudentia sit hac dispu-  
tatione exponere animus est , & ut methodus servetur , à fi-  
ne auspicabor.

III. Justitiam finem esse jurisprudentiæ nemini  
qui jura nostra libavit ignotum est , sed num universalis  
num particularis eo intelligatur ambigunt , verum si uni-  
versalem justitiam finem haberet , omnia quæ secundum  
leges Romanas justa sunt Gentium jure & in Rebuspubli-  
cis aliis reputarentur eadam , jam infinita sunt , quæ pro Rei-  
publicæ Romanæ usu jurentur , & gentium juris planè  
non sunt , & hinc nec justa æstimare possunt ( quo tamen  
non asseritur quasi Romanum jus quicquid uti infra di-  
cetur , contineret quod Gentium Juri contradiceret ) Id-  
circo Particularem justitiam Jurisprudentiæ nostræ finem  
agnoscimus tantum , quo cives secundum leges latas justè  
vivere possunt. Nec obest quod verba hæc in definitione  
ab Imperatore tradita adjecta non sint , siquidem præter  
necessitatem adhibita fuissent. Nam leges à se latas in u-  
num opus certum collegit , huic finem dixit justitiam

quæ non ex aliis legibus poterit intelligi quam Romanis,  
nisi Imperator contra se statuisse præsumatur. Ita constans  
& perpetua voluntas dicitur i.e. qua constanter & perpe-  
tuò velle debent secundum leges Romanas suum cuique  
tribuere.

IV. Quod hoc accuratè tribuendum sit definitio  
Jurisprudentiæ exigit, nempè quod sit scientia justi atque  
injusti Divinarum rerum & Humanarum notitia, quasi con-  
sultus Iuris quid Divinæ quid Humanæ Res noscere, sed  
quomodo justum ab injusto secernendum accuratè sci-  
re debeat, ne pro jure inferat injuriam, aut quis res sua invi-  
tus carere cogatur & innocens §.1. *Instit. de justit. & Jur.*  
*arg. l. ii. de pœnis.* Hoc justum uti & supra dictum non aliunde  
quam ex Legibus Romanis æstimandum est. Qui nihil  
justum reputant, nisi quod suo judicio assequuntur aut na-  
turali jure obtinet, pro politica ratione sapiunt parum, &  
Romanarum legum cognitionis expertes sunt. Si enim  
Ius naturæ, Gentium & Civile invicem differunt, utique  
& inde justitia quod diverso fine agat. Ex hoc quotuplex jus  
est totuplex quoq; justitia 2dū ea quæ fusius *Riemer. decad.*  
*I. thes. 4.* si hoc tunc una Respublica poterit justa statuere  
quæ in alia justa non sunt, nulla quippe Respublica alterius  
legibus tenetur, sed quælibet pro ratione status sui sibi  
commodum format, Nec civilia nec Gentium jura obliga-  
rent cives, hisi essent approbata. Nullum jus obligat nisi  
approbatum; Et leges Hebraicæ Reipublicæ licet Deo Au-  
tote latæ qua Politicæ non aliter nos obligant quam alte-  
rius cuiusvis. *Hug. Grot. de Jur. Bell. lib. I. c. I. n. 16.*

V. Romanæ Reipublicæ cum Leges conderent  
pro status commodo ab aliorum populorum institutis mu-  
tuo sumperunt multa, & ita suis temperarunt moribus ut  
mutuata non appareant & quod alias Naturæ aut Gentium  
juris

juris fuerat solo Romani juris nomine audiat. *I. 6f de J. & J.*  
Quod hoc porro Argumento probatur. sicut Natura o-  
mnis animali cuique implantavit. ne sibi noceat aut negli-  
gat suum, ita cum Civitates condi & populus majestatem  
in una persona venerari ceperunt, ne cum privata & pu-  
blica salus detrimentum capiat docuit accuratius, ex quo  
status rationem habere invaluit, & præter vulgata statuere  
ex usu. Hoc in Romana Republica frequentatum felicius,  
in qua quantum leges nobis aperiunt, ne Cives suorum in-  
curiosi evaderent, publice tranquilli essent, & ambigua li-  
tium fata perituræ Civitatis exordia amputarent, quo  
publica salus promoveretur, contra disputandi rationem  
pro communni utilitate sanciebant. *I. si. supra allegat: §.  
2. ff. ad I. Aquil.*

*C. 1800*  
VI. Ex quo Romanum jus definitum quod Ars  
æqui & bonis sit. *I. 1. ff. d. J. & J.* ne quicquam æquum dice-  
rent quod publicæ rei bonum non sit, neqve contra bo-  
num quod iniquum esset, aliàs quis præscriptionem legi-  
timum juris præsidium assereret nisi publico bona sit? Cer-  
tum enim, si quis longo tempore re sua non utatur præ-  
scriptionis jure eadem cadat; nec sine ratione, cum inter-  
sit Reipubl. rerum suarum curam gerentes habere Cives.  
*Thomas Hobbes in tractatu Gallico idiomate impressus de Fun-  
dament. Societat. Civil. Vigilantibus jura scripta I. 24. ff. que  
in fraudem credit: contra desides & sui juris contemptores  
odiosæ Exceptiones sunt oppositæ. I. 3. C. de Annal. except.  
Quibus omnibus requisita certa, ne quis jure suo immeri-  
tus cadat, posuere Dd. ad I. unic. C. de usucap. transf.*

VII. Ita ne lites moverentur ex quavis re facile  
præcavere, uti *I. 8. C. d. Rscind. vendit.* contractus, licet vel  
Emptor vel venditor in pretio aliquantulum læsus modo  
lœsio ultra dimidium non sit, non rescinditur, Hoc, ut an-  
sa discordiis præscinderetur voluerunt, & Exceptiones fri-  
volas

volas imp̄edierunt: quomodo nonnumeratæ pecuniæ exceptionem ad biennium restrinxerunt, nam consueverant Debitores maligni quo solutionem differrent, debiti etiam indubitati probationem à creditoribus, licet Chyrographum agnoscerent, exigere. Huic malitiæ ut obviam i- rent nonnumeratæ pecuniæ exceptionem post biennium opponi non debere sanxerunt, licet ad juramentum se of- ferat debitor. l.14. C. de Except. non numerat. pecun. præsu- mitur enim Debitem negligenter adeò non futurum ut Chyrographum suum relinquat tanto tempore sine causa, quo casu tamen si debitor aliunde probare possit se repe- tere nullo modo potuisse, forte ob iter susceptum quod nec scribere potuisset, audiendum esse credo, quod æquitas suggerit, licet jure destituamur arg. l.2, §.5. ff. de Aq. & aqu. pluvia arc. causa. Negativæ quidem regulariter probatio non est sed sufficit nobis dari aliquo modo. Alias no- vum juri non est quoad præsens denegare remedium, & in aliud spem Patrocinii reponere: Trium cohærentium annorum apochas si quis exhibere possit, & reliquum sol- visse præsumitur, sed si aliunde probare valeret non esse so- lutum Actio non denegatur l.3. C. de Apochis. Hæc Exempli loco obiter. numero multa adduci possunt, quæ extra Ro- mana jura viderentur iniqua ad juris nostri regulas exami- nata justissima sunt. Pupillus pubertate proximus sine du- bio obligatur naturaliter sine autoritate Tutoris contra- hens cū aliquo, sed ex justinianeis juribus non, quia leges nihil admittere voluerūt, quod dolo occasiōne dari alieno possit, cui pupillus nondum judicio firmo expositus est. l.59. ff. de Obligat. & Actionib. Rimer. de cades quest. 7. Impu- tet sibi qui legum ignarus cum tali contrahit. Jura omni- bus scripta sunt, nec debet ignarus esse ejus conditionis cum quo contrahit. l.19. ff. de R. f. Verum num in consci- entia tutus sit, qui secundum leges dictas sententiam exe- qui

qui desiderat D. quærunt. Ego nullus dubito, si sine calumnia agat, aliás, ut suprà citatum Exemplum repetam, si quis in Chirographo se fundaret & bene nosset se pecuniam non dedisse & tamen secund. d.l. 14. C. non numerat pecun. Exceptionem post biennium elideret, nec jure Civilis tutus foret. Ubiq; leges hæc & dolum & calumnia intentata Actionem improbant, DD. ad Tit. de Calumna multò minus in conscientia tutus erit. Thomas Merckelbach. inter Consil. Klockii, volum. 1. Consil. 40. n. 18. Civilia jura in Conscientiam non penetrant, Acta inspiciunt. Exempla plura ubi quis ita agere valeret recenset. Panorm. in cap. quia plerumq; X. de immunit. Eccles. qui nobis non contradicit.

VIII. Ut revertamur Eadem publici boni ratio facit, ut nudo pacto Romani actionem non dederint, ubi factum dignum ob quod pacientes adstringi possint haud intercessit, lubricum linguae quippe ad obligacionem efficax non judicarunt, sed quando subsuit negotium habile l. 7. §. 2. ff. de pact: Hinc Prætor ex innominatis Contractibus præscriptis verbis id est, ad narrationem facti actionem dabat propter causam actualem dationem vel factum quo contrahentes invicem tenebantur. l. 5. §. 1. juncta l. 21. ff. de præscript. verbis. Hahn. de astimatoria actione §n. 2. De hac causa quærunt Imum DD. An Ea quoque faciat, quod ex nudo pacto nulla actio data fuerit? Ego vix dici posse aliam autumo, dum Imperator d. l. 7. §. 4 ff. de pactis afferit: Sed cum nulla subest causa propter conventionem hic constat non posse constitui Obligationem, igitur nuda Pactio Obligationem non parit. Cum Pacio vis pariendæ Obligationis à jure tributa hoc loco causa dicenda non est, siquidem dicit hic JCtus, cur lex non possit adsistere pacto nudo, si adistentiam legis intellexisset Καθλογίας commisisset, dicens: Lex non potest adsistere propter adistentiam legis. Secundo, Num hæc cau-

salegis 7. dicta propter quam LL. Romanis & Obligatio  
& actio conceditur in omnibus Contractibus hoc efficiat  
quod Ego non puto. In Innominatis non oritur obligatio  
nec datur Actio nisi negotium aliquod intercesserit l. 5. §. 1.  
l. 21. ff. prescript. verbis. Nam quum coeteri nomen peculia-  
re habent non opus est, ut Praetor ad generalem actionem  
in factum seu prout factum recensitum concedat, ex spe-  
ciali contractu speciale actionem concedit. In consensu  
alibus quamprimum consenserunt, obligatio datur neque  
verborum neque scriptorum alia proprietas quoad hanc  
efficaciam desideratur l. 2. §. 1. ff. de Obligat. & action. l. 1. §.  
1. ff. de Rerum permuat. In Realibus quando Res eo animo  
datur ut speciali Contractu aliquid detur mutuo, depo-  
natur &c. Actio non denegatur. l. 3. §. 1. ff. d. tit. de O &  
Act. In His negotium illud ut Actio detur non attenditur,  
& hinc causa in d. l. 7. recensita, dicitur tantum in innomi-  
natis Contractibus esse, in Reliquis non, quia negotium  
quidem in omnibus contractibus est, sed non est causa vel  
Obligationis vel Actionis. Perinde Actio Realis definitur.  
§. 1. Inst. de Action. quando ago contra Eum, qui nullo jure  
mihi obligatus est, sine dubio qui rem meam detinet obli-  
gatus est restituere, igitur hoc dicitur, qui non ita mihi ob-  
ligatus est, uti d. l. 3. §. 1. ff. de Obligat. & Act. statuitur. Hinc  
quoad actionem hanc non attenditur, cum paria de Ro-  
mano jure astimentur, non attendi & non esse arg. l. 8. ff. de  
O & A.

IX. Veruntamen publicam utilitatem in tantum non  
astimavit ut contra justum obtineret potius. Tam pruden-  
tiae juris, quam utilitatis rationem habuerunt. l. 1. C. de Acqui-  
possess. Qua propter Legislatores nostri tria summa juri  
suo precepta constituerunt, ad quae ceu ad norm i quicquid  
Iege Romanæ continent potest referri, qualia sunt. Non  
stè vivere Neminem lèdere, suum cuig, tribuere. l. 3. Ius fit d  
J. S. J.

3. & 3. Quæ sicut tria objecta, ita & hæc tria voluerunt inter se omnino differentia considerata formaliter, licet qui honestè agat, simul Neminem lædat, neque suum alicui eripiat, tamen quemadmodum in Metaphysicis affectiones Entis unitæ, Unum Verum Bonum & Perfectum revera inter se distinctæ sunt, quamvis, quando ens Unum est simul quoque Verum ac Bonum sit, attamen quæ affectiones considerantur differunt; Et Unum & Verum diversa sunt. Cœterum Essentia Præceptorum horum ex Republicæ Romanæ principiis estimanda est, quæ supra dicta ut nihil æquum s. justum habeatur quod non publicæ Rei bonum sit: Hinc concubinatus quem Romani legitimam consuetudinem vocarunt. l. 5. c. ad SC. Orfie. ad Honeste vivere referre nemo dubitabit, siquidem & in Concubinatu honeste vivendum erat, nam Eò nec promiscuè omnes Personæ sed Ex cum quibus Connubium propter legis impedimentum non erat primo, 2. nec ingenua nisi quod ante corpore quæstum fecisset, vel obscuro loco nata sit, constaret, aliquis stuprum cum Ea committebat l. 3. ff. de Concubinis Neque Lex sine poena permittebat ut quis plures Concubinas haberet. Novell. 18. c. 5. in Cœteris non differebat à vero Matrimonio nisi voluntatis destinatione, an Eam Uxorem an Concubinam habiturus sit l. 4. ff d. t. Igitur differebat concubina à Scorto quod cum Hoc coniugiū fieri non posset cum Illa sèpius, neq; spuri quicquā ex Patris testamento consequuntur, filii ex legitimo concubinatu omnino d. Novell. 18. c. 5. Ab uxore vero differebat Concubina quod matrisfamilias honestatem nunquam haberet nisi Patroni concubina l. probrum ff. de rite Nupt. Cujac. lib. 5. obs. 6.

X. Imo quidam Concubinatus jure Romano permisus coram Deo non tantum legitimum matrimonium

niū est, sed & Gentium jure. Exempli loco esse potest quod inter Servum & Ancillam Romano jure Matrimonium esse nequibat, sed tantum Contuberniū quod effectu veri Matrimonii carebat, sic & inter Liberū & Ancillā, quæ tñ. apud alias gentes pro vero Matrimonio reputabantur uti in Græcia, Carthagine &c. Hugo Grotius de J.B. lib. 2. c. 5. n. 15. Et certo respectu apud Hebræos obtinebant, Exod. 21, nec moribus nostris quod tune Contubernium tantum verum matrimonium esse impeditur. Proinde Concubinatum primo ut ad principia sua attenderet legitimum pronunciavit, alias scilicet Servorum conjunctio & aliorum, scortatio dicenda fuisset, quod tamen durum cum nihil nefandæ libidinis in conjunctione hac reperiretur, & tamen adjuris Civilis regulas verum Matrimonium non erat, hinc tertium Concubinatus nomen nanciscebatur. Secundo publicè intererat ut Fornicationi, Stupris, Raptui, Adulteriis, occasio præscinderetur, hinc amore captus erga eam quam ob impedimentum legis ducere nequibat, secundum certa requisita supra adducta concubinam habere non negabatur, & libri ex Confuetudine ista nati, à Patre hæreditatis loco accipiebant per allegat. Nov. 18. c. 5. Ast moribus quia finis cessat ob quem permittebatur à Romanis à Scortatione differt parum, Cujac. lib. 5. Obs. 6.

XI. Quod autem Magistratus ob publicam utilitatem præter vulgarem juris rationem salva Conscientia aliquid pemittere possit quod hodie ob Status rationem dicunt, dubium non est. Si quidem Deus ipse eu Rerum publicarum fundator prudentissimus in Hebræorum Republica Judæis multa ob respectum certū indulxit, quæ extra respectum hunc in novo Testamento non probantur, Christus ipse Matth. 19. v. 8. Judæis resp: Moses vobis ob cordis vestri duritiem divortium permiscerat, ab initio non erat sic;

sic'; Attamen inde illud non concludimus propter rationē Status prout hodiè à quibusdam audit injusta quæque hac excusatione peragere posse, decipere pro morib⁹ temporū summam prudentiam æstimare licere, pietatis & honestatis ratione relictā simplicioribus; sed quæ contra vulgaria ita jubet necessitas ut nisi perire malimus, agenda quædam sint, quæ in se mala quidem non sunt, sed extra necessitatis casum hunc bona haud censerentur. Taliter Romanum jus utilitatem normam habuit ne honestatem laderet aut Juris rationem elideret *DD. ad supra allegatā l. i. C. de acquirend. bāred, verbis tām ratione utilitatis quam Jurisprudens tiāreceptum est.*

XII. Porro neminem lādendum ad secundum summum fundamentum est, & tamen Naturaliter pretio Emptionis & Venditionis contrahentes se circumvenire posse permittit *Ictus l. 16. §. 4. ff. de minoribus l. item si. §. 3. ff. locati.* Certum igitur quod & hoc in respectu ad leges nostras accipiendum sit alias & minima lœsio etiam lœsio est, & contra præceptum juris crederetur, exinde ad præscindendas infinitas controversias, & ob incerta rerum pretia inter Eos qui judicem communem non habent, inexplicabiles, publico bono receptum fuit, ut ob inæqualitatem modo lœsio non enormis sit, à pacto discedere non liceret, & quasi naturale putatum Emptionis & Venditionis quod Emptor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi votum gerentes adhunc Contractum accedant. *l. 8. C. de Rescind. vendit.* Naturaliter verò hoc licere quod dicit idem est ac inseparabile ab hoc Contractu & moribus etiam receptum. Veluti Paulus Apostolus natura Viro turpe est comam alere, & in *l. jus nostrum ff. de R. f.* Ubi Earū rerum Naturaliter inter se pugna est testatus & intestatus. Non dissimili ratione & tertium, jus suum

Quique tribuere intelligendum est. Nemo jure suo nisi propria culpa carere potest. Si suorum negligens & suorum incuriosus jure cadit, legum vitio non accidit, ast odium contra Desides LL gerunt meritò. arg. l. 3. C. de app. Except,

XIII. Eatenuis omnia quæ in Romano jure continentur ad dicta præcepta referri possunt & ut id fecerint eò tutius omne suum jus Romanum ex jure N. G. & C. sc. in genere sumpto collegerunt adeò ut leges neutiquam statuant quæ juribus hisce sunt contraria, imò ipsa Juris nostri principia ne Theologiae quidem contradicunt per Ea quæ in thes. II. explanata & alterius explicanda discursus ansam dabit. Coeterum Imperator ita enunciat. Jus Civile est quod neque in totum à Naturali vel Gentium jure decedit, nec per omnia ei servit, itaque cum addimus aliquid vel detrahimus juri communij jus Civile efficimus, l. 6. ff. de J. & J. Num igitur jus Romanum præter jus Gentium vel Naturale aliquid continet, eò dictis juribus non contrarium statuit, quia singulis juribus peculiares fines sunt. Ipsum jus naturale immutabile est, nec à Deo mutatur. Hugo Grot. d. I. de J. Bell. lib. I. c. I. n. x. Ea propter cum per approbationem aliquid juri Naturæ detrahitur, juri ipsi nihil officit, sed actus isti de quibus natura statuit circumscribuntur uti naturalis juris debitum esse solvendum, sed si creditor acceptum ferat, non opus quod solvatur. Sicut jure Civili determinatur depositum esse reddendum, sed si furiosus deponat non faciendum semper. l. 31. ff. depositi.

XIV. Est autem Jus Naturale Præceptum rectæ rationis quod Actus quosdam ex ipsorum naturali convenientia vel inconvenientia cum recta ratione per Se Bonos vel Malos servare vel fugere præcipit. Qua ratione dif- fert

fert à jure Divino voluntario, quod obligat quidem etiam omnes homines præprimis Christianos in Conscientia, verum causa obligationis diversa est jus naturale obligat. Quia actus de quibus statuit per se boni vel Mali sunt, Jus Divinum autem obligat eò quod Deus voluit *Hug. Grot.*  
*d. l. i. &c.* Secundo differt à Jure Gentium quoniam hoc ob utilitatem introductum est, & obligat quia inter plerasque Gentes vel moratores ita receptum, igitur obligandi causa quoque à voluntate Gentium est, quæ in naturali jure ob Naturalem bonitatem vel malitatem. Exinde quid de Eorum DD. opinione statuendum sit claret, qui duplex Jus Naturæ vel primævum vel Secundarium statuunt, vel divisionem hanc docendi gratia retinere posse autumant, utrumque natura juris hujus non permittit. Sunt enim actus hi de quibus jus hoc statuit Essentia sua vel Bona vel Mala. quæ Essentia prout primo fuit non fuit mutata & ratio humana in cognoscendis actibus hisce nunquam fuit meliorata. Igitur primo quos actus observare vel fugere statuit semel nunquā correxit. Secundo Si duplex statuitur dicitur quoq; mutabile, quasi gradus reciperet. Neque docendi gratia aliter concipi valet, esset quippe sic contra formam hujus juris, quomodo nullus conceptus subsistere potis est. Verum quod furtum natura turpe dicitur,  
*l. i. ff. de furtis l. probum ff. de V. S.* quo appareret quasi secundum diversam rem diversa statuisset, quoniam initio nullum Dominium sed Dominio constituto & furtum turpe æstimaverit; Responderi poterit esse quædam Juris Naturalis, Simpliciter, quædam Reductivè: Eoque & ea quando Dominia formata non simpliciter sunt; Sic unquā, omnia debere communia esse, ex Naturæ jure probari poterit. Deniq; inde porro fluit, quod obligatio ex jure Naturæ in nuda conscientia & pudore consistat, quia turpe est contra ea facere quæ ratio recta à nobis exigit, Exemplum per-

ipi-



spicium §. i. *Instit. de Fideicommissar. heredit. est.* Alias in Romano jure obligatio hæc accipitur varie, vel pro Ea quæ jure Gentium est sed quæ per Excellentiam dicitur Efficaciam habere, licet Lex Ei non adsistat. *de quibus Bach. ad lib. 3. tit. 14. n. 2.* Quicquid autem est nec vera juris Naturalis obligatio, efficacia sua Romano jure penitus destituitur, unde & retentionis jus operatur l. 10. ff. *de O S A.*

XV. Proinde quoniam causa efficiens juris Naturalis recta ratio est, Brutis neque Materialiter neque Formaliter competere poterit. quod Formaliter competit, Nemo facile afferet, Materialiter nihil aliud est, quam justum & æquum. quod etiam æstimare nequeunt Bruta, idcirco nec in ea cadet, ut taceam quod obligari non valcant, jam. Offine jus obligat. *Habn. ad Wesenbec tit. de J. S. J. n. 14. vel 26 quod Natura.* Quod Imperator dicat Naturale jus est quod Natura omnia Animalia docuit, impropriè sumit, hoc inde constat quod in codem §. i. *Instit. de J. N. G. & C.* Subiungit cœtera animalia istius juris peritia cœsentur, id est ob similitudinem dicuntur, quod inficias ire ne quisquam potest. 2. Quod nulla injuria in bruta cadat l. 5. §. 1. ff. *ad L. Aquil. l. 1. §. 3. ff. si quadrup. pauper.* quod si propriè intelligat Imperator de Jure, & Injuriam iis concedere necesse habuisse *Riemer. Deca. 1. quest. 3.* Hoc ita verum reor ut nec infantibus cum effectu competere dicatur & formaliter, quoniam Hi ante septimum ætatis annum ne quidem fari posse dicuntur neque quicquam intelligere l. 1. *in princip. d. verb. Obligat.* l. 3. §. 2. ff. *de tutel.* Si hoc, utique nec obligari, si quidem omnis Obligatio præsupponit intellectum rei, propter quam quis Obligari debet, ne fraudetur. Imò, cum naturalis obligatio in pudore & rubore nudo quid præstandi contuetur, eo magis secernendi facultatem desiderat. *arg. §. i. Instit. de Fideicommiss. heredit.* Ex qua ratione

tione pupillus' nec naturaliter obligari dicitur. l. 59 ff de  
Oblig. & Act. Quot autem gradus sint ætatis qui apti sunt  
de jure ad agendum aliquid explicat Bach. §. 2. Inst. de Tutel.

XVI. Sicuti igitur, ut redeam, Naturæ jus cum  
homine natum & ex naturali bonitate vel malitate A-  
ctuum observatū est, ita Gentium jus cum Gente cœpit & ex  
utilitate constitutum. Riemer. Decad. 1. Quest V. Et vim ob-  
ligandi, uti & supra positum, ex eo quod vel Omnium vel  
plurium Gentium consensu receptum; Erant enim quæ-  
dam quæ apud populum vel majori vel minore rigore ob-  
servabatur sicuti de jure post liminii & captivitatib⁹ & aliis  
de quibus Hugo Grot. de Jure belli lib. 3. cap. 7. n. 8. Hinc licet  
universeliter ferè Imperator de Exemplis omnibus §. 2. Inst.  
de J. N. G & C recensit loquatur, quod sint J. G. dicendo: Ex  
hoc jure Captivitates descendunt &c. Attam⁹ omnino ho-  
rum distinctio adhibenda est, quædam enim non nisi apud  
plures populos saepius observata, ita non sunr, quæ proGen-  
tium Jure vindicant, e. g. Captivitates quæ apud pau-  
cos observabantur eo modo uti apud Romanos Hugo Grot.  
d. l. Cujus Exempla plurima adduci possent nisi Methodus  
concepta prohiberet. Hoc exinde fluit gradus introdu-  
ctionis hujus juris fuisse adeò ut divisio ista DD. inter jus  
Gentium primævum & secundarium fundamento non ca-  
reat, non quod jus Gentium primævum Jus Naturæ dica-  
tur cum Donell. Vultejo & aliis. Nam sic ius Gentium cum  
homine natum in congrue statueretur, sed cum Adamo  
Gens non statim oriebatur, Exinde igitur Gentium pri-  
mævum verius dicetur id quod ex naturæ jure manavit  
primum & utile Genti æstimatum. Secundarium autem,  
quod cum Respublica conderetur usu Gentium introdu-  
ctum, Riemer. Decad. 1. lib. V.

XVII. Et hoc ius quoniam Gentes invicem commercia semper habent observandum omnino est. Sic Imperator dicit populus Romanus partim suo proprio, partim communī omnium Gentium Jure utitur §. 1. *Instit. de J.N.G.* & Civilis. Sc. vel cum aliis populis vel interdum erga peregrinos in urbe, quā ob causam & peculiaris prætor, peregrinus dictus, creatus legitur, qui Edictum quidem peculiare non condidit, ast secundum edictum urbanū Eum processisse verisimile est. *Rosinus antiquitat Roman. lib. 7. cap. X.* Licet ad Leges Romanas non deciderit omnimodè, nam erant multa quorum Nemo nisi Civis Romanus particeps fieri poterat, uti de Matrimoniiis, Patria potestate &c. Quæ inter peregrinos secundum Gentium ius decidebantur necessariō. Neque tantum in urbe Roma fuit quod & peregrini degerint cum ipsis neque tamen jurium omnium fuerunt participes, sed & in Rebus publicis aliis, uti apud Hæbreos peregrini fuisse leguntur, qui nec iura & que eadem Civilia neque Ecclesiastica usurparunt cum Israclitis. Sic ex *Deuteronom. 14. v. 21.* Claret peregrinis licitum fuisse edere carnem suillam, & tamen potuerunt Deum adorare in templo Hyerosolymitano, sed in loco separato ab Israeltis. *Job. 12. v. 20. Acto. 8. 27.*

XVIII. Præterea ex dictis ius proprium Romanum compositum est, quod vel scriptum ius vel non scriptum dicitur, ex hisce enim Romanum ius constare perhibetur. §. 3. *Instit. de N.G. & C.* Scriptum ius peculiari nomine lex dicitur quæ est præceptum Majestatis obligans ut poena ad id quod à Magistratu promulgatur expressè. Dicitur Præceptū quia Præceptū latius patet quam Lex. Præceptū n. obligat sed sine vi coactiva Lex a. quæ vi coactiva destruitur, nulli est. Idcirco de Essentia quasi Legis est vi coactiva armatum esse, *Riem. dec. 1. th. 7. ferè in Inde Lex hac acceptione*

ceptione intelligitur strictissime non negando quod inter-  
dum latius sumi posuit pro regula s. instituto s. Scripto s.  
Non scripto § 10. *Instit. J.N.G. & C. Hahn ad Wesenb. tit. de*  
*LL. n. 2.* Attamen quoniam in definitione additum, quod ex-  
presse promulgatum, haec exceptio excluditur, ut contra di-  
stinguatur consuetudini. d. § 3. *Instit. de J.N.G. & Civ.* In hoc  
enim Essentialis differentia Legis & Consuetudinis positâ  
est, ut sicuti Lex est quæ expresse sancita ita consuetudo  
quæ solo tacito utentium consensu introducitur. l. 32. §. 1.  
*ff. de LL. Ungepaar. Exercit. 2. quest. 6. Hillig. lib. I. cap. X. dit. ad*  
Neutram sive in scriptura sive sine scriptura observatio pe-  
rimit; Consuetudo enim licet scribatur eo consuetudo es-  
se non desinit, quia jam tum erat perfecta, antequam scri-  
beretur. Scriptura accidens est, quæ Rei Essentiam mutare  
nequit. l. 36. *ff. de LL. ubi dicitur quod non sit necesse ut scriba-*  
*batur.* Neque de Legis essentia scriptura est, siquidem cæ  
leges quæ non fuerunt scriptæ vcræ leges non fuissent, cum  
tamen Lacedæmoniorum Leges omnino verae Leges ab  
ipso Imperatore dicantur, & tamen nunquam fuerunt scri-  
ptæ. Quæ Niellius disput. i. thes. 2. lit. A. habet in contrarium  
non nocent. Nam posito Legem in cognitionem venire  
non posse nisi scribatur. Neque sine scriptura existere, non  
tm. inde sequitur quod scriptura sit essentia. LL. *Hillig. disps.*  
*II. cap. 8. lit. B.* Illud demum est de Essentia rei quod facit ut  
res sit. Si scriptura hoc efficeret Leges Lacedæmoniorum  
non fuissent, deinde multa sunt sine quibus aliquid existere  
nequit, quod tamen ad Ejus Essentiam in nullo modo perti-  
net, ut accidentia quædam sunt, qualia in homine ridere  
posse, quædam ita necessaria ut homo penitus hisce sublatis  
durare non possit, uti, respirare, & alia aliqua quæ tamen  
neutquam sunt de ipsius Essentia. Neque obesse poterit.  
*l. 8. C. de LL.* Ubi vocabulum dictari innuit fere quasi semper  
debeat scribi, dum Lex haec sub Augusto lata in specie ad

Romanam Rempublicam pertinet, & dicendo quod Imperator voluerit in ista necessariò legem de beri scribi, non tamen exinde inferri poterit nullam legem potuisse esse nisi scriberetur, quod tamen statucodum foret, si scriptura inde esset de Essentia, præterquam quod ex ratione Politica addictam legem de ratione Regiminis Augusti. Resp. possit aliter, *Treutl, vol. i. disp. i. tb. V. lit. B. ibique Bachov.*

XIX. Et sunt ea, qualiter ex certa status sui ratione faciebat multum, quæ re ipsa valebant aliter, ita & Senatus indulgebat ut se possidere adhuc gauderent, quod re ipsa jam ipsis extricaverat, ut & de ferendis legibus factum. Exinde rationem in omni lege esse asserti potest firmiter, immo qui dicit rationem esse de Essentia L.L. non errabit prout ratio dicitur esse anima Legis. Jam si anima est de Essentia Rei, utique Ratio. Non quasi solida ratio semper in quavis lege, sed quod nulla lex sine aliqua ratione lata sit. Reliqua quæ fortè de qualitate L.L. moveri possunt, temporis brevitas ad hæc excludit. Unum de Lege Regia quam omnis potestas in Principes translata dicitur §. 6. *Inst. de J.N.G. & C.* explanandum restat, & quidem fuisse tam legem Nemo dubitabit, quod L.L. expresse hoc testentur. *I. §. 7. vers. cum enim. C. de Veter. Jur. Encl.* Ast num sub Augusto lata sit ambigunt, multi. Sub Augusto vero fuisse latam itidem textus expressi evincunt. *I. 14. §. 1. ff. de manus miss. I. un. §. antepen. C. de Caduc. tollend.* Qui ex facito sub Vespasiano verba citant Responsum habeant quod sub Vespasiano fuerit renovata, sicuti expresse in verbis habetur: Habeat eandem potestatem uti Augustus &c. *Lansius de L. Reg. Thes. 40. & seq. Arumaeus disp. ad inst. i. tb. 18.*

XX. Quoniam supra Romanum Jus ex Jure scripto constare dictum §. 3. *Inst. d. J.N. & I. 6. §. 1. ff. de J. & J.* Constatudinem eo sensu tantum esse Jus scriptum evincitur;

Nam

Nam licet multa sint quæ LL. Romanæ juris non scripti nomine efferant, attamen ex iis Ius Romadum non constat, igitur nec ad divisionem hanc pertinebunt; Æquitas quatenus dicitur interpretatio Iuris scripti vel non scripti arg. l. 25. ff. d. t. de LL. ubi: nulla Iuris ratio aut æquitas benignitas patitur l. 85. §. 2. ff. de R. f. hoc sensu nullo modo jus Non scriptum est. Hilliger ad Donell. lib. I. c. 13. lit. D. Neque obstat, quod æquitas qua æquitas nunquam scribatur, imò si scribatur desinat esse æquitas; Sed quando scribitur quod æquum est. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de minor. Scriptura ista magis favet æquitati, quam æquitatem scribat. Riemer. decad. thes. 9. cum quæstio de eo sit an ex d. s. 3. possit dici Ius non scriptum. Obiter hic quæri potest, An Iudex semper æquitatem Iuri præferri debeat? Quod suadere videtur l. 8 C. de judiciis. Ubi verba generalia sunt. Veruntamen si casus expressè in legibus decisus est Judex secundum legem prouinciare necesse habet licet ipsi durum videatur. l. 12. §. 1. ff. Qui & à Quibus manumiss. Nec Judex lege clementior esse debet. Novell. 82. cap. 10. Aliás quando casus expressus in lege non est, ita debet applicare Jura ne durius aliquid vel remissius statuat, l. 11. ff. de pœn. Hillig. suprad. lit. f. & ibi allegat.

XXI. Denique requisita certa consuetudinis sunt uti rationabilem esse debere. l. 39 ff. de LL. Ubi tamē ea sine dubio intelligitur quæ plane rectæ rationi non adversatur, haud quæ positivum Ius corrigit. Bach. ad Treutl. volum. I. disp. I. tb. 9. lit. B. derogat enim legi scriptæ. l. 32 ff. de LL. Non quasi majoris autoritatis sit, & ob hanc vinceret legem l. 2. C. quæ sit longa consuetudo sed quia posterior. l. ult. ff. de Constit. Princip. Quot Actus autem ad Consuetudinem introducendam requirantur Iudicis arbitrio relinquitur. l. 1. C. jam detit. Quæ sit longa consuetudo. Nam quæ express

se in jure decisa non sunt Iudicis arbitrio relinquuntur. l. 1 §.  
2. ff. de Jure delib. Quamvis diuturni mores dicantur Consuetudo, ast diuturni vocabulum non eundem annorum numerum denotat semper modo biennium l. 56. ff. locati modo quinquennium significat. l. 3 §. 2. ff. de Re militari. Ideò adhuc manet Iudici discernendum. Possunt & pro rei qualitate duo actus ad consuetudinem sufficere, quia pluralis numerus duobus contentus sc̄epius est, l. 12 ff. de testib.  
**E Arg. Princip. Instit. de Codicillis.** Neque obstat quod frequenter a actuū requiratur. Neque per plurimos annos observata consuetudo l. 35. ff. de LL. Nam vocabulum frequentiae etiam poterit duobus actibus exprimi, uti numerus pluralis, nec sumitur aliter in l. 15. §. 22. ff. de Inj. in l. a. dicta 35. Exemplum, non regula est, quæ tamen omnino ad estimationem Iudicis referuntur, Sutbold. disp. l. Apobor. 92. Neque Actus Iudiciales desiderantur, sed quandoq; duobus Extrajudicialibus contenta est, quia sunt consuetudines, de quibus non opus est dari contradicitorum Iudicium sicuti Patrisfamilias dicitur l. 75. de Legat 3. Quando autem l. 34 ff. de LL. asserit videndum esse an Contradictorio Iudicio obtinuerit de quadam Consuetudine introducta loquitur non introducenda, vel de ea quæ necessariò judicialis est,

Tantum!

---

**G**oldem der seine Zeit  
Zum guten angewendet/  
Und nicht durch Uppigkeit  
Im Anfang ist geblendet/  
Der wird als wie wir sehn  
Nicht in dem Kopte stehn.

Herr

Herr WEGNER hat diß auch  
Mit reissen Raht erwogen/

Vnd ob der bittere Rauch  
Ihn offters gleich bezogen.

So hat sein Müh und Fleiß  
Dannoch anicht den Preis.

Lebt immer so beziehrt  
Gebraucht das fluge Sinnen.

Biß ihn zu lezt berührت  
Olympi hohe Zinnen/  
Vnd dencket dann zulezt  
Wer euch so hoch gesetzt.

Dieses wenige sehet seinem Hn. Stuben-  
Gesellen zu Ehren

Z. S. V. C. A. D. M.

---

M Anch' ungesunder Sinn /  
Lässt Kunst und Eugend fahren/  
Gaffet nach der Wollust hin /  
Wil die Müh im Alter sparen /  
Aber wie es sonst hergehet /  
Endlich er mit Schimpff bestehet.

Wer die Kunst und Eugend liebt /  
Darß ihm solches nicht besorgen/  
Eugend gute Lohnung gibt /  
Wil nicht daß man ihr sol borgen /  
Keiner in der Aschen lebet /  
Der nach ihrer Gunst gestrebet.

Wil

Wil ihm gleich das fassche Glück  
Unmuth vor die Augen sezen /  
Darff er der gemeinen Tück  
Gar für keinen Unfall schezen /  
Denn/die sich so hoch befinden/  
Wil das Glück die Hände binden.

Mein Herr WEGNER auch dein Sinn /  
Hat durch Kunst hindurch gebrungen /  
Müh und Arbeit ist dahin /  
Dir ist es recht wol gelungen /  
Doch es hat so gehen müssen.  
Zeit wil dich Phæna küssen.

Also schrieb dem Hn. Autori seinem Brü-  
derlichen Freundt schuldigst  
Conradus Witsche he /  
LL. St.

Wenn man gleich die Welt versigte  
Vnd der Sternen Menge zebt.  
Momus dieses unsches schätzte

Suchte doch wie ers verhelet/  
Drumb wer nach der Tugend trachtes  
Wenig auff sein plaudern achtet.  
Wer nur seinen Zweck erreicht

Es gescheh mit Neid/mit Gunst/  
Wie wol man des Herz erbleichtet

Kan doch niemand seine Kunst/  
Mit den Tadelworten Fränd'en/  
Wink vielmehr den preis Ihm schind'et.  
Diese werden dein Vornehmen

Liebster Bruder/wie ich mein/  
Mit Gedand'en auch beschämen /  
Wird es aber wirckhafft seym/  
Tugend wird nicht unterdrücket/  
Ob sie gleich steht was gebüdet.

Dieses wenige sekte seinem lieben Br. zu Ehren.  
Michael Wegener.

0046297

ULB Halle  
002 927 276

3



5b. f

V D 74

Retro



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-561167-p0028-1

DFG

